



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. Thomas Apostolus. 21. Decembr.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

det calamitas; noluisti saluti vacare cum poteras: veniet mors, non poteris, cum voles. Nam illa est peccati pena justissima, ut qui recte facere, cum posset, noluit amittat posse, cum velit.

## S. THOMAS Apostolus

21. Decembr.

*Quia vidisti me Thoma, credidisti?  
Beati qui non viderunt & crediderunt.* Christus Joan. cap. 20.

**D**ivus Thomas est, cui etiam palpare fidem licuit; & profuit, dubitasse Thomam, ut Indus crederet. Nam fidem in Indiam Meliaporem usque tulit, firmavitque miraculo, cum ingenti mole arborem, & quam multi & homines & Elephanti movere loco frustra laborabant, obsequentem ipse cingulo suo per milliaria X. tractam templi struduræ devovit, simulque vaticinium edidit, cum Mare pertingeret illuc, affuturos, qui quam ipse nunc fidem præluceret, extinctam iterum populis accenderent; quod fieri nuper sub coepias Hispanorum navigationes vidi mus. Cæterum fuit è sacrificulis tum temporis

421 (550)

potis, qui suâ manu filium mactavit, scelus-  
que Thomæ affinxit. Hic alium nullum pro  
se causam dicere Thomas voluit, quâm infan-  
tem mortuum, quis credat? Absolvit diser-  
tis verbis infans Thomam, & patrem suum  
damnavit. Enim vero his miris uti nuper ar-  
borem, ita nunc in sententiam Regem ac po-  
pulum omnem traxit, si unos sacrificulos de-  
mas, qui aliò ab invidia abstracti precanterā  
ante sacram Crucem Thomam sagittis primò,  
tum hastâ trajecerunt, strenuum utique fidei  
propugnatorem, qui, ut signa defenderet,  
cecidit ante signa. Ex Massejo & Oforio.

## M E D I T A T I O.

### *De vita S. Thomæ.*

1. **S** Thomas fuit incredulus, quippe qui credere  
noluerit. dominum à mortuis resurrexisse, ni-  
si cum vidisset, & tetigisset: Num & ego sum incre-  
dulus? nam si, ut fidelem decet omnino crederem,  
Jesum pro me mortuum esse, probis gaudia, impro-  
bis supplicia præparari, nunquid sanctius viverem?  
Væ! quibus prius hac experienda sunt, quâm credenda. Ex. Emiss.

2. Ilbi S. Thomas vidit Jesum, & ejus vulnera te-  
tigit statim revixit ejus fides; avola, anime mi vola ad

Cc 3 vulne-

vulnera Jesu Christi , ibi firmatur fides , augetur spes ,  
 & charitas perficitur . An credo , quod fuerit propter  
 me flagellatus & crucifixus ? Ah ! si crederem , qui vo-  
 luptates amarem ; cum ipse tantum dolores amarit .

3. Fides S. Thomæ nequaquam fuit sterilis , nam  
 proprio sanguine Evangelium confirmavit , quod in  
 remotissimis Regionibus prædicaret . Vana est illo-  
 rum fides , qui verbis jactant se credere , & nosse Chri-  
 stum , factis autem negant . An paratus essem , sangu-  
 ine fidei veritatem confirmare ? tu , qui Dei gratiam &  
 Paradisi spem breviori gaudio postponis ? quomodo  
 te Christianum dicam , cum ne hominem quidem te  
 probes actionibus tuis ? Si verè te hominem appellarem  
 queo , quo tandem modo potero fidem vocare ? Chrys.

## S. ANASTASIA Martyr.

22. Decemb.

*Christus passus est , vobis relinquens  
 exemplum , ut sequamini vesti-  
 gia ejus . Petr. 1. c. 2.*

**A**nastasia è Romano & patritio sanguine  
 Patrem in Fide agnovit S. Chrysologo-  
 num . Nupta viro ( Publio Nomen erat ) à  
 Christia-